

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Romanum - Cod. St. Peter perg. 8

Feste Biseno bei Trient, 1468

Proprium de sanctis

[urn:nbn:de:bsz:31-19321](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-19321)

et luna nō dabit lumen suū. ⁊ stelle cadēt
de celo. ⁊ uirtutes celoz amouebūt. Et tūc
apparebit signū filij hoīs in celo ueniētis
in nubibz celi. cū uirtute magna ⁊ maiesta
te. Et mittet angelos suos cū tuba ⁊ uoce
magna. ⁊ egregabunt electos eius a qua
tuor uentis. a summis celoz usq; ad finio
eoz. **A**b arbore autē fici. discite pabolam.
Cum iam ramus eius tener fuerit ⁊ folia
nata. scitis quia ppe ē estas. Ita ⁊ uos cum
uideritis hec omnia fieri. scitote quia ppe ē
ianuis. Amen dico uobis. quia nō preter
ibit genatio hec donec oīa fiant. Celum ⁊
tra transibunt. uerba autē mea nō pteribūt.
Propicius esto dñe supplicationibz **sc̄r̄**
nris. ⁊ ppli tui oblationibz p̄cibusq; susce
ptis omniū nr̄m ad te corda ⁊ uite. ut a tre
nis cupiditatibz ^{libertate} desitētis ^{lectibz} transeamus. **p.**
Concede nobis dñe q̄s. ut p sacmēta **apl.**
que sumpsim⁹ quicquid in nr̄a mēte uici
osum ē. ipsius meditationis dono curet. **p.**

Incipit p̄riū sanctorū In uigilia s̄c̄i Andree.

Quominus secus mare galilee uidi-
dit duos fr̄es petrū ⁊ andream ⁊
uocauit eos uenite post me faci-
am uos fieri piscatores hoīm. **¶**
At illi relictis retibus et nauī
secuti sunt dñm. **G**loria p̄ri. **Oro** ^{saluatorē //}

Quesumus om̄p̄e d̄s. ut b̄ts andreas
ap̄ls tuus p̄ nob̄ imploret auxiliū.
ut a n̄ris reatibz absoluti. a cūctis etiam
piculis exuam. **P.** **Deinde p̄ sc̄o saturno m̄**
eplā Benedictio dñi sup caput iusti. cc. xxx.

gr̄ **¶** nimis honorati **Secundum Johannem**

Nullo t̄. Stabat ioh̄es ⁊ ex discipulis ei⁹
duo. Et respiciens ih̄esum ambulātem.
dicit. Ecce agnus dei. Et audierūt eum
duo discipuli loqn̄tes. ⁊ secuti sunt ih̄m.
Conūsus aut̄ ih̄c. ⁊ uīdens eos seq̄ntes
se dixit eis. Quid queritis? Qui dycunt
ei. Rabi q̄ d̄i int̄pretatū m̄ gr̄. **¶** Ubi habitas?
Dicit eis. Venite ⁊ uīdete. **¶** Venerūt ⁊ uīde-
runt ubi man̄et. ⁊ apud eū manserūt die
illo. **¶** Hora aut̄ erat quasi decima. **¶** Erat ^{aut̄} an-
dreas frat̄ symonis petri vnus ex duobz
qui audierant a ioh̄e. ⁊ secuti fūant eum.
Inuenit hic p̄mū fr̄em suū symonē ⁊ dicit
ei. Inuenim⁹ messyam. q̄ ē int̄pretatū xp̄s.
Et adduxit eū ad ih̄m. Intuitus aut̄ eum

ih̄c. dixit. Tu es symon filius iohanna. tu
uocaberis cephas. q̄ interpretat̄ petrus. In cra-
stinū autē uoluit exire in galileam ⁊ iue-
nit philippū. ⁊ dicit ei ih̄c. Sequere me. Erat
autē philippus a bethsaida ciuitate andree
⁊ petri. Inuenit philippus nathanael. ⁊ di-
cit ei. Quē scripsit moyses in lege ⁊ pp̄he
inuenim⁹ ihm filiū ioseph a nazareth. Et
dicit ei nathanael. Nazareth potest aliq̄d
boni esse. Dicit ei philippus. Veni et uide.
Vidit ih̄s nathanael uenientē ad se. ⁊ dicit
de eo. Ecce uere israelita. in quo dolus n̄
est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Re-
spondit ih̄c. ⁊ dixit ei. Prius q̄ te philipp⁹
uocaret cū esses sub ficu. uidi te. Respondit
ei nathanael. ⁊ ait. Rabi. tu es filius dei.
tu es rex isrl. Respondit ih̄c. ⁊ dixit ei. Quia
dixi tibi uidi te sub ficu credis. mai⁹ hys
uidebis. Et dixit eis. Amen amen dico
uobis. uidebitis celum apertū. ⁊ angelos
dei ascendentes ⁊ descendentes sup̄ filiū
hoīs. *officium* Gloria ⁊ honore. *Sacrandū tibi* *sec̄d̄*
dñe munus offerimus quo b̄ti andree
solennia recolentes. purificationē quoq̄
nr̄is menti bz imploram⁹. *P.* *D*icit an̄ *cō.*
dreas symoni fr̄i suo inuenim⁹ messyam qui d̄
x̄ps ⁊ adduxit eū ad ihm. *P*erceptis *⁊ plūda*

dñe sacramentis supplicat exoram? ut int-
cedente bto andrea aplo tuo. que p illius
uenanda gerimus passione nobis pfici-
ant ad medelam. *P. In festo sci Andree Int.*

Maiestatem tuam dñe sup *oro.* michi aut
plicat exoram? ut sic ecclie tue btus
andreas aplos extitit pdicator et rector.

ita apud te sit p nobis ppetuus incessor. *P.*

Res. Corde eni credit *Ad romanos.*

Ad iusticia. ore aut confessio fit ad sa-

lutem. Dicit eni scriptura. Omnis q credit

in illum no confundet. Non eni est di-

stinctio iudei et greci. Nam idem dñs oi?

diues in omis qui inuocant illu. Omnis

eni quicunq; inuocauit nomen dñi salu?

erit. Quomodo ergo inuocabunt in que

no crediderunt? Quomodo audient sine p-

dicante? Quomodo uero pdicabunt nisi

mittant? Sicut scriptu est. Qm speciosi

pedes euangelizantium pate. euangeliza-

tium bona. S; no omnes obediunt euange-

lio. *ysaias* eni dicit. Dñe quis credidit

auditui nro? Ergo fides ex auditu. au-

ditus aut p uerbum xpi. S; dico. Nūq;

no audierunt. Et quidem in omnem terram

exiuit sonus eor. et in fines orbis terre

uerba eor. *gr.* Constitues eos. **A**lla *v.* Dilex

// Aut quomodo credent ei que non audierunt? //

andream dñs in odorem suauitatis. **S. matheū.**
In illo t̄. Ambulans ihs iuxta mare ga-
lilee. uidit duos fr̄s. symonē qui uocat̄
petrus. ⁊ andream fr̄m eius. mittentes
rete in mare. Erant enī piscatores. Et ait
illis. Venite post me. faciam uos fieri pi-
scatores hoīm. At illi continuo relictis reti-
bus. secuti sunt eū. Et p̄c̄idens inde uidit
alios duos fr̄s. iacobum zebedei ⁊ iohā-
nem fr̄m eius in nauī cū zebedeo patre
eor̄ reficientes retia sua. ⁊ uocauit eos.
Illi aut̄ statim relictis retibz ⁊ p̄e secuti
sunt eum. **Offr.** Michi aut̄. **Sacrificiū sc̄r̄**
nr̄m tibi dñe q̄s b̄i andree p̄c̄atio sc̄a
concliet. ut cuius honore solennit̄ exhi-
betur. eius m̄tis efficiatur acceptū. **P.**
Venite post me faciā uos ^{fieri} piscatores hoīm **cō.**
at illi relictis retibz ⁊ nauī secuti sunt dñm. **apl.**
Sumpsimus dñe diuina mistia b̄i an-
dree festiuitate letantes. que sicut tuis
sanctis ad gl̄iam ita nobis q̄s ad ueniā
p̄tesse p̄ficias. **P.** **In sc̄i Nicolai ep̄i ⁊ cf̄.**
Deus qui beatū nicolaum pontifi **oio.**
cem tuū innumeris decorasti mira-
culis. tribue q̄s. ut eius m̄tis ⁊ precibz
a iehenne incendioꝝ liberem. **P.** **San sc̄r̄**
ctifica q̄s dñe deus hęc munera que pro

De Conptione b̄e v. cc. xlvj.

solennitate sc̄i antistitis tui nicolai offe-
rimus. ut p̄ ea uita n̄ra int̄ adūsa & p̄sp̄era
ubiq; dirigat. **P.** **Sacrificia que sum apl.**
psimus dñe pro solennitate sancti ponti-
ficis tui nicolai sempiterna nos p̄tectione
conseruent. **P.** **In sc̄e Lucie** Dilexisti p̄ totū
oio. Exaudi nos d̄s salutaris n̄r. **In sc̄i Tho-**
me apli Introitus Michi autē nimis. **Oratio.**

Danobis q̄s dñe b̄ti apli tui thome so-
lennitatib; gliari ut eius semp et
patrocinijs subleuem. & fidem congrua
deuotione sectem. **P.** **epla** **B̄ndictio dñi s̄**
caput iusti. gr̄ **Nimis honorati.** **Alla** **Gau-**
tete iusti in dño rectos decet collaudatio **S. ioh̄em.**

Nullo t̄. Thomas vnus de duodecim q̄
dicat̄ didimus. nō erat cū eis qñ uēit ih̄c.
Dixunt ergo ei alij discipuli. **Vidim̄ dñz.**
Ille aut̄ dixit eis. **Nisi uidero i manib;**
eius fixuras clauoz. & mittā digitū meū
in locū clauoz. & mittā manū meā in lat̄
eius. nō credam. **Et post dies octo.** iterū;
erant discipuli eius intus. & thomas cū
eis. **Venit ih̄s ianuis clausis.** & stetit in
medio ^{|| cor ||} & dixit eis. **Pax uobis.** Deinde dic̄
thome. **Infer digitū tuū huc.** & uide manū
meas. & affer manū tuā & mitte in latus
meū. & noli esse incredulus. s; fidelis. **Re**

spondit thomas. et dixit ei. Dominus meus. et
deus meus. Dixit ei ihc. Quia uidisti et
me thoma credidisti. beati qui non uident
et crediderunt. *off.* In oēs tias.

Debitū *secr*
reddimus dñe nre seruitutis supplicat
exorantes. ut suffragiis bñi thome apli i
nobis tua munera tuearis. cui honorā
da confessione laudis tibi hostias ymo
lamus. *p.* Mitte manū tuā et cognosce loca *cō.*

clauoz alla et noli esse incredulus s; fidel' alla alla.

Adesto nob' mīcors d's. ut intredete *expln.*
p nobis bto thoma aplo tuo. tua cca nos
ppiciatus dona custodi. *p.* In scā felicitas in
pincis pbrī et mris. Os iusti

Concede q's om̄p̄ d's ut ad meliores
uitā scōr tuoz exempla nos puocet.
q'sus quoz solennia agim'. etiā act' imi
tem'. *p.* *sc̄.* Iurauit dñs. *alla v.* Disposui tel. *off.*

Glia et ho. **H**ostias tibi dñe bñi felicitas *secr*
mris tui dicatas mītis benign' assume.
et ad ppetuū nob' tribue puenire subsidi
um. *p.* *cō.* Posuisti

Quis dñe saluta *expl.*
rib; repleti misteris. ut cui' solennia ce
lebram'. eius oronib; adiuuem'. *p.* In scōr

mrm fabiani et sebastiani Intret in respectu

Firmitatē nrām respice om̄p̄ d's. *oro*
et quia pondus ppe actionis grauat.

btōz n̄m tuoz fabiani ⁊ sebastiani int̄
 cessio gliosanos p̄tegar. **P. eplā** S̄c̄i p̄fide.
gr̄ Gliosus d̄s. **Alla** v̄. S̄c̄i tu d̄ne **eūn̄**. Descen
 dens ih̄c de monte. **off.** Letanū **H**ostia **set̄**
 as tibi d̄ne btōz n̄m tuoz fabiani ⁊ se
 bastiani dicatas m̄tis benignus assume.
 ⁊ ad p̄petuū nobis tribue p̄uenire subli
 dium. **P. cō.** Multitudo languē. **R**efecti **apl.**
 p̄ticipatione munis sacri q̄s d̄ne d̄s n̄r.
 ut quoz exequim̄ cultū sentiam̄ effectū.
P. In sc̄e Agnetis v̄. ⁊ n̄r̄ me expectauer̄t. **oro.**

Omn̄is sempit̄ne d̄s. qui in fina n̄di
 eligis ut fortia queq; ⁊ fundas: cō
 cede p̄picius. ut qui bt̄e agnetis m̄ris tu
 e solennia colimus. eius apud te p̄ocini
 a sentiam̄. **P. eplā** Confitebor tibi d̄ne rex.
gr̄ Diffusa est gr̄a. **Alla** v̄. Quoz p̄u **eūn̄**. Sile ē
 reg. ce. x. v̄. **off.** Offerent̄ **maī**. **H**ostia **set̄**
 d̄ne quas tibi offerim̄ p̄picius suscipe. ⁊ i
 fcedente bt̄a agnete n̄re tua vincula pctō
 rum n̄roz absolue. **P. cōn** Quoz p̄u d̄tes.

Refecti tibo potuq; celesti deus n̄r **apl̄n.**
 te supplices exoram̄. ut in cuī hec em̄o
 ratione p̄cepim̄. eius muniam̄ ⁊ p̄cibz. **P.**

A In sc̄oz n̄r̄ **Vincen̄ti ⁊ mastasi** **oro**
 Adesto q̄s d̄ne supplicationibz n̄ris.
 ut qui ex iniquitate n̄ra reos nos esse

cognoscim^{us}. b^{ea}t^or^{um} m^{ir}ri^m tuor^{um} vincenci^{um} et
anastasi^{um} iⁿtercessione libemur. *P. M^usc^{er}*
nerib^{us} n^{ost}ris qu^{os} d^{omi}ne p^{ro}babusq^{ue} susceptis
& celestib^{us}; nos m^ulta misteris & clemet^{er}
exaudi. *P. Q^{ui}s omⁿip^s d^{omi}s. ut qui *ap^{osto}l^{us}**
celestia alimenta p^{ro}cepim^{us} iⁿtercedentib^{us}
b^{ea}tis m^{ir}rib^{us} tuis vincencio & anastasio p^{ro}
hec & tra o^mia adu^{er}sa muniam^{ur}. *P. *Notat^{io}**

*q^{uod} q^untu^mq^{ue} aliq^uo festu^m ap^{osto}lor^{um} petri & pauli
celebrat^{ur} iⁿ d^{omi}nica de qua fit m^{em}o. m^{em}o d^{omi}nⁱ
ce semp^{er} p^{re}cedit m^{em}o^r altius eor^{um} tam iⁿ
utrisq^{ue} uesp^{er}is q^u iⁿ matutis & missa. Iⁿ c^{on}o*

scio cui credidi & certus uisione s^{an}c^ti pauli.

*S*um quia potens est depositu^m me^um seruare iⁿ
illum diem. *o^{mn}is d^{omi}ne p^{ro}basti me & cognouisti me tu
cognouisti sessione^m me^{am} & resurrectione^m me^{am} o^{mn}is*

*D*eus qui uniu^{er}s^{um} m^undu^m b^{ea}t^o pauli apo^{sto}l^{us}
stoli p^{ro}dicatone docuisti. da nobis
qu^{os}. ut qui eius hodie uisione^m colimus.
p^{ro} eius ad te exempla gradiam^{ur}. *P. Sciend^{um}*

*q^{uod} q^untu^mq^{ue} festu^m celebrat^{ur} de s^{an}c^to paulo fit
memoratio de s^{an}c^to petro. o^{mn}is d^{omi}s q^{ui} b^{ea}t^o pet^{rus}. c. ss.*

*Sicut q^untu^mq^{ue} fit festu^m de s^{an}c^to petro fit m^{em}o. de s^{an}c^to
paulo o^{mn}is d^{omi}s qui m^ultitudinē gē. CC.*

*Et dieb^{us} illis. Paulus adhuc *act. ap^{osto}lor^{um}*.
spirans minarū & cedis iⁿ discipulos d^{omi}nⁱ.
accessit ad p^{ri}ncipes sacerdotū & p^{er}cussit ab eo*

eplās in damascū ad synagogas. ut si q̄s
 inuenisset hui' uie uiros ac mulieres. vin-
 ctos pduceret in ierlm. Et cū iter faceret. con-
 tigit ut appropinquaret damasco. Et subiti-
 to circumfulsit eū lux de celo. ⁊ cadens in t̄-
 ram audiuit uocē dicentē sibi. Saule saule
 quid me psequeris? Qui dixit. Quis
 es dñe? Et ille. Ego sum ihs nazarenus.
 quē tu psequeris. Durū est enī tibi ⁊ tra-
 stimulum calcitrare. Et tremens ac stupēs
 dixit. Dñe quid me uis facere? Et dñs
 ad eum. Surge ⁊ ingredere ciuitatē. ⁊ di-
 cetur tibi quid te oporteat facere. Viri at̄
 illi qui comitabant̄ cū eo stabant stu-
 pefacti. audientes quidē uocē neminez
 aut uidentes. Surrexit aut̄ saulus de tra-
 aptisq; oculis nichil uidebat. Ad manū
 aut̄ illum trahentes. introduxerunt dama-
 scum. Et erat ibi tribz diebz nō uidens. ⁊
 nō manducauit neq; bibit. Erat autem
 quidam discipulus damasci noīe ana-
 nyas. Et dixit ad illū i uisu dñs. Anany-
 a. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad il-
 lum. Surge uade in uicū qui uocat̄ rectus.
 ⁊ quere in domo iude saulū noīe tharsen-
 sem. Ecce enī orat. Et uidit uirū noīe ana-
 nyam introeuntē ⁊ imponentē sibi manū.

ut uisum recipiat. Respondit autem ananias. Domine audiui a multis de uiro hoc. quanta mala sanctis tuis fecit in ierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. Vade quoniam uas electionis meum est iste. ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit ananias et introiit in domum et imponens ei manum dixit. Saul frater domine ihesu misit me qui apparuit tibi in uia qua ueniebas. ut uideas et implearis spiritu sancto. Et quasi ceciderunt ab oculis eius tanquam squame. et uisum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum confortatus est. Fuit autem cum discipulis quod erant damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogam predicabat ihesum. quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant. et dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in ierusalem omnes qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc uenit. ut uinctos illos produceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis ualecebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci. affirmans quoniam hic est christus. **gr**

Qui opatus ē petro in ap̄latū opatus ē ⁊ michi int̄
gentes ⁊ cognouerūt gr̄am dei que data ē michi. **v.**
Ḡra dei in me uacua nō fuit s; gr̄a eius semp in me
manet. **Alla. v.** Tu es uas electionis sc̄e paulē ap̄le
ora p nobis. **Tractus sequens dicit si hoc festū uenit**
post d̄nicaz lxx. Tu es uas electionis sc̄e **rit?**
paulē ap̄le uere digne es gl̄ificandus. **v.** Predicator
uitatis ⁊ doctor gentiū in fide ⁊ uitate. **v.** P te om̄es
gentes cognouerūt gr̄az dei. **v.** Int̄cede p nob ad deū
qui te elegit **eūm.** Dicit symon petrus ad ie
sum. Ecce nos relinqm̄ oīa. **off.** Michi aut̄.
Apostoli tui pauli p̄tib; d̄ne pleb̄ tue **sec̄r.**
tona sanctifica ut que tibi tuo gr̄ata sunt
instituto. gratiora fiant p̄ocinio supplicā
tis. **p. cō.** Amen dico uob q uos **S**anctificatio **apl.**
d̄ne salutaris mistio q̄s. ut p nobis eius n̄
desit oīo. cui nos tonasti p̄ocinio gubna
ri. **p.** **In sc̄e Agnetis sc̄do** Vultum tuū. **oratio**
Deus qui nos annua b̄te agneti m̄ris
tue solennitate letificas. da qūs. ut
quā ueneram̄ officio. etiā pie r̄iuationis
sequam̄ exemplo. **p. gr̄.** Sp̄e tua. **Alla. v.** Addu
cent. **eūm** Sile ē reg. ce. the. **off.** Diffusa ē. **sec̄r.**
Sup has hostias q̄s d̄ne benedictio copi
ola descendat que ⁊ sc̄ificationē nobis de
ment̄ opet ⁊ te n̄m nos solennitate leti
ficet. **p. cō.** Sile ē reg. ce. **S**umptis d̄ne **apl.**

celebrationis annue uotiuia sacramenta: p̄a
qūs. ut et t̄p̄alis nobis uite remedia p̄be-
ant et et̄ne. *P.* Si festū sc̄e agnetis sc̄o i d̄nica
uenit fit officiū de d̄nica cū em̄one de festo.

*In festo purificationis finita t̄cia sacerdos
indutus sine casula cū m̄istris indutis p̄-
cedit ad benedicendū candelas i medio ante
altare dicens. D̄ns uobiscum. Oremus.*

Domine sc̄e pater om̄ps et̄ne d̄s. qui
oīa ex nichilo creasti. et iussu tuo p̄
opa ap̄um hunc liquorē ad p̄fectionem
cerei uenire fecisti. et qui hodierna die peti-
tione; iusti symeonis implesti te humi-
liter d̄p̄cam. ut has candelas ad usus ho-
minū et sanitatē corporū et aīarū. siue in tra-
siue in aquis p̄ inuocationē sanctissimi
tui n̄ois. et p̄ intercessionē b̄te marie semp̄
ūginis. cuius hodie festa deuote celebrant.
et p̄ p̄ces oīm sc̄orū tuorū bene + dicē et sc̄i +
ficare digneris. ut huius plebis tue que
illas honorifice in manib; portare delite-
rat. teq; cantando laudare exaudias uo-
ces de celo sc̄o tuo. et de sede maiestatis
tue. et p̄picius sis oīb; clamantib; ad te.
quos redemisti p̄ciolo sanguine filij tui. *Q̄*
tecū uiuit et regnat in unitate spiritus sc̄i
deus. p̄ oīa secula seculorū. Amen. *Orem?*

Omnis sempiternus deus. qui hodierna die
 unigenitum tuum uulnibus sancti symeonis in
 templo sancto tuo suscipiendum presentasti.
 tuam supplices deprecamur clementiam. ut
 has candelas quas nos tui famuli in tui
 nominis magnificentia suscipientes gestare
 cupimus luce accensas. bene **+** dicere et sancti-
+ ficare atque lumine supne benedictionis
 accendere dignus. quoniam eas tibi domino deo
 nostro offerendo sumus digni. et sancto igne tue
 dulcissime caritatis succensi in templo sancto
 glorie tue reputari mereamur. **P** eundem christum deo:

Domine ihesu christe lux uia qui illumis. **Oremus?**
 Das omnem hominem uenientem in hunc
 mundum effunde benedictionem tuam super
 hos cereos et sancti **+**ifica eos lumine gratie
 tue et accende propitius. ut sicut hec luminaria
 igne uisibili accensa nocturnas depellunt
 tenebras. ita corda nostra inuisibili igne id
 est sancti spiritus splendore illustrata. omnium uicio-
 rum cecitate careant. ut purgato mentis
 oculo ea cernere possimus que tibi sunt pla-
 cita et nostre salutis sint utilia quoniam post huius
 seculi caliginosa discrimina. ad lucem inde-
 ficientem peruenire mereamur. **P** te ihesu christe sal-
 uator mundi qui in ^{perfecta} trinitate uiuis et reg-
 nas deus per omnia secula seculorum. **Amen. Oremus**

Omnis sempiternus deus qui per moysen famulum tuum purissimum olei liquorem ad luminaria ante aspectum tuum iugiter concinnanda preparari iussisti bene **+** dictionis tue gratiam super hos cereos benignus infunde. quousque sic admittent lumen externum. ut te donante lumine spiritus tui nostris non desit mentibus interius. **P.** in unitate eius spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. **Amen Oremus.**

Domine ihesu christe qui hodierna die in nostre carnis substantia inter homines apparens a parentibus in templo es presentatus. quem symeon uenerabilis senex lumine spiritus tui irradiatus agnouit. suscepit. et benedixit. precor precor. ut eiusdem spiritus sancti gratia illuminati atque edocti uacillantes agnoscamus et fideliter diligamus. Qui cum deo patre in unitate eiusdem spiritus sancti uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. **Benedictione completa asperguntur candelae aqua benedicta et accenduntur in censo. Deinde duo clerici eas accensa clericis in locis suis manentibus distribuunt. et cum inceperint distribuere a choro cantantur antiphona. Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israel. Ita quod post quemlibet usum repetatur psalmus. Nunc dimittis et post Gloria patri et Sicut erat repetatur tota. **V. D. S.****

expletis cantat añ. Exurge dñe adiuua nos & li-
bera nos ppter nomen tuū. **V.** Deus auribz nr̄is au-
diuimus p̄res nr̄i annūciauerūt nobis. **Item re-**
petit añ. Exurge **Deinde dic sacerdos** Oremus.

Et dyaconus Flectamus genua le. **oro.**
Araudi qūs dñe plebem tuā & que ex-
trinsecus annua tribuis deuotione uenā-
ri interius assequi gr̄e tue luce concede.
Pr̄ xpm dñm nr̄m. R. Amen. Deinde fit pro-
cessio. & cantat añ. Ave gr̄a plena dei genitrix u-
go ex te enī ortus ē sol iustie illuminans que in
tenebris sunt letare tu senior iuste suscipiens in
ulnas liberatorem aīay nr̄ay donantē nobis & re-
surrectionē **alia añ.** Adorna thalamū tuū syon
et suscipe regem xpm amplectere maria que est cele-
stis porta ip̄a enī portat regem gl̄ie nouo lumine
subsistit uigo adducens manibz filiū ante lucifer
quē accipiens symeon in ulnas suas p̄dicauit po-
pulis dñm eū esse uite & mortis & saluatore mūdi
añ R̄sum accepit symeon a spū sc̄o nō uisurū se
morte nisi uidet xpm dñm & cū inducent puerū in
templū accepit eū in ulnas suas & benedixit deū.
& dixit. nūc dimittis seruū tuū dñe in pace. **R.**
Obtulerūt p̄ eo dño par turturū aut duos pul-
los columbarū. Sicut scriptū est in lege dñi. **V.**
Postq̄ aut impleti sunt dies purgationis marie
sc̄dm legem moysi tulerūt illum in ierlm̄ ut siste-

rent eū dño. Sic sc̄p. Gloria p̄i. Sicut sc̄p. **Ad missa;**

Suscipimus deus m̄iam tuā **Introitus**
in medio templi tui sc̄dm nomen tuū
deus ira ⁊ laus tua in fines terre iusti-
cia plena ē dextera tua. **Magnus do-**

minus ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei n̄ri in
Omp̄ns sempit̄ne **oracō** monte sc̄to eius.

Deus maiestatem tuam supplices ex-
oramus. ut sicut vnigenitus filius tuus
hodierna die cū n̄re carnis substantia ī
templo ē p̄ntatus. ita nos facias purifi-
catis tibi mentib; p̄ntari. **P̄ eū. Lectō mala-**

Hec dicit dñs d̄s. Ecce ego **chie p̄phete**
mitto angelum meū. q̄ p̄parabit uia
ante faciem meam. ⁊ statim ueniet ad te-
plum sanctū suū dñator^{oñs} quē uos q̄ritis.
⁊ angelus testamenti que; uos uultis. Ec-
ce uenit. dicit dñs exercitūū. Et quis pote-
rit cogitare diem aduentus eius. Et q̄s
stabit ad uidentū eum. Ipse enī q̄si ignis
conflans. ⁊ quasi herba fullonū. Et sedebit
conflans ⁊ emundans argentū. ⁊ purga-
bit filios leui. Et colabit eos q̄si aurū et
quasi argentū. ⁊ erunt dño offerentes
sacrificia in iusticia. Et placebit dño sacri-
ficiū iuda ⁊ ierlm̄ sicut dies seculi. ⁊ sicut
anni antiqui. **Dicit dñs omp̄ns. gradu.**

Suscepimus d's misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum d's ita et laus tua in fines terre. *¶*
 Sicut audiui in ita et uidi in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. **A**lla *¶* Senex puerum portabat puer autem senem regebat. **A**lla *¶* Post partum uigo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis.

Tractus sequens dicitur si hoc festum uenit post dominicam septuagesime

Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. *¶* Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. *¶* Quod parasti ante faciem omnium populorum. *¶* Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israel. **Secundum lucam.**

In illo tempore. Postquam impleti sunt dies purificationis marie secundum legem moysi tulit illum in ierusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adapiens uuluum sanctum domino uocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini. par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in ierusalem. cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus. expectans consolationem israel. et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto. non uisurum se mortem nisi prius uideret christum domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum induerent puerum et matrem eius. ut facerent secundum consuetudinem

nem legis p̄ eo. ⁊ ip̄e accepit eū in ulnas su-
as. ⁊ benedixit deum ⁊ dixit. **N**unc dimit-
tis seruū tuū dñe sc̄dm̄ ūbum tuū in pace.
Quia uiderūt oculi mei salutare tuum.
Quod parasti ante faciem oīm populor̄.
Lumen ad reuelationē gentiū. ⁊ gloriam
plebis tue isrl̄. **D**iffusa ē gr̄a in labijs offer-
tuis p̄pterea benedixit te d̄s in c̄m̄ ⁊ in sc̄dm̄ seculi.
Exaudi dñe preces nr̄as ⁊ ut digna **sc̄r̄**
sint munera que oculis tue maiestatis of-
ferimus. subsidiū nobis tue pietatis īpen-
de. **P. p̄fatio de natiuitate** Quia p̄ incarnati
uerbi. **R**esponsum accepit symeon a sp̄u **cōm**
sancto nō uisurū se mortē nisi uidet xpm̄ dñi.
Quesumus dñe deus nr̄. ut sacros̄c̄a **expl̄n.**
m̄stia que p̄ rep̄ationis nr̄e munim̄ine
etulisti intercedente b̄ta maria semp̄ uir-
gine ⁊ p̄ns nobis remediū esse facias et
futurū. **P. In sancte Agathe uirginis ⁊ m̄r̄**
Gaudemus om̄s in dño diem festū celeb̄n-
tes sub honore agathe m̄ris te cui⁹ passio-
ne gaudent angeli ⁊ collaudant filiū dei. **⁊. E**ru-
ctauit cor meū ūbum bonū dico ego opa mea re-
gi. **A**diuuabit eam d̄s uultu suo d̄s in me **gr̄**
dio eius nō amouebit. **⁊. Flum̄is impetus letifi-**
cat ciuitatē dei sanctificauit tabernaculū suū altis-
simus **Q**ui seminat in lacrimis ī gau **tr̄ctus**

dio metent. **¶** Euntes ibant et flebant mittentes
 semina sua. **¶** Venientes autem uenientes cum exultati-
 one portantes manipulos suos. **Offerent offer-**
 regi uirgines post eam proxime eius offerentur tibi.
Qui me dignatus est ab omni plaga curare et ma- **co.**
 nullas meas meo pectori restituere ipse inuoco
 teum. **¶** **In sancti Valentini presbiteri et martiris**

Pater quis omnipotens deus oratio. In uirtute tua.
 ut quod beati Valentini martiris tui natali-
 tia colimus, a cunctis malis iminentibus
 eius intercessionem liberem. **¶** **gr.** **Beatus uir qui**

Desiderium anime eius tribuisti ei et uoluntate **tristis**
 labiorum eius non fraudasti eum. **¶** Quod puenisti eum
 in benedictionibus dulcedinis. **¶** Posuisti super caput
 eius coronam de lapide precioso. **offe.** In uirtute t. **secr.**

Oblatis quis domine placare munibus et **secr.**
 intercedente beato Valentino martire tuo a cunctis
 nos defende periculis. **¶** **co.** Qui uult ue. **apli.**

Sit nobis reparatio mentis et corporis celeste
 misterium. ut cuius exequimur actionem sentiamus
 effectum. **¶** **In cathedra sancti petri.** Statuit ei. **oro**

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis
 clauibus regni celestis auras ligandi
 atque soluendi pontificum tradidisti. concede
 ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum
 nexibus liberem. **¶** **Et fit oratio de sancto paulo**
oro Deus qui multitudinem **l. e. b. petri apli.**
 cc.

Petrus ap[osto]lus ihu xpi electis aduenis di-
spersionis ponti galacie capadocie asie
bithinie scdm p[ro]p[ri]etate[m] dei p[ro]p[ri]etate[m] in sancti-
ficatione sp[irit]us. in obediencia[m] & aspersionem
sanguinis ihu xpi. gra uob[is] & pax a deo mul-
tiplicet. Benedictus deus & p[ater] d[omi]ni n[ost]ri ihu
xpi qui scdm magna[m] misericordiam suam rege-
nerauit nos in spem uia[m] p[er] re- surrecti-
onem ihu xpi ex mortuis. in h[er]editate[m] incor-
ruptibilem. & in contaminata[m] & imarcessi-
bilem. conseruatam in celis. in uobis qui i-
nitute dei custodim[us] p[er] fidem. in salutem pa-
tam reuelari in t[em]pore nouissimo. In quo ex-
ultabitis modicum nu[n]c si oportet & tristari
in uarijs temptationib[us]. ut p[ro]batio fidei n[ost]re
multo p[re]ciosior sit auro. q[uo]d p[er] igne[m] p[ro]bat[ur]. Inue-
niat[ur] in laudem & gl[ori]am et honorem in reue-
latione ihu xpi d[omi]ni n[ost]ri. **Ex**altent eum **gr**
in ecclia plebis & in cathedra senior[um] laudent eu[m]. **Co**-
fiteant[ur] d[omi]no m[er]ito eius & mirabilia eius filijs ho[m]i-
Tu es petrus & sup[er] hanc petra[m] edificabo **tract**
eccliam mea[m]. **Et** porte inferi no[n] preualebunt ad-
uersus eam & tibi dabo claues regni celoz. **Quo**d-
cu[m]q[ue] ligaueris sup[er] t[er]ram erit ligatu[m] & in celis. **Et**
quodcu[m]q[ue] solueris sup[er] t[er]ram erit solutu[m] et in celis.
eu[n]d[em]. Venit ih[esu]s in p[ar]tes cesaree **c. lxxxix off**
Tu es petrus & sup[er] hanc petra[m] edificabo eccliam

mea et porte inferorum non preualebunt adversus eam
 et tibi dabo claves regni celorum. **E**cclie tue **lecti-**
 quis domine pres et hostias beati petri apostoli amen-
 det oratio. ut quod pro illius gloria celebramus nobis
 pro sit ad veniam. **P.** Tu es petrus et super hac **com-**
 petram edificabo ecclesiam meam. **L**etificet **aplin.**
 nos domine munus oblatum. ut sicut in apostolo
 tuo petro te mirabilem predicamus. sic pro illius
 tue sumamus indulgentie largitatem. **P.**

In sancti mathie apostoli introitu. Michi autem. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum
 collegio sociasti. tribue quibus. ut eius
 inventionem circa nos tue pietatis semper
 viscera sentiamus. **P.** **Lectio actuus apostolorum.**

In diebus illis. Exurgens petrus in medio fra-
 trum dixit. Erat autem turba hominum fere ce-
 tum viginti. Viri fratres. oportet impleri
 scripturam quam predixit spiritus sanctus pro
 os dauid. de iuda qui fuit dux eorum qui con-
 prehenderunt ihesum. qui connumeratus erat
 in nobis. et sortitus est sortem misterium huius.
 Et hic quidem possedit agrum de mercede in-
 iquitatis. et suspensus crepuit medius. et
 diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum
 est omnibus habitantibus in iherosolymis. ita ut appellare-
 tur ager ille lingua eorum acheldemach. hoc est
 ager sanguinis. Scriptum est enim in libro

psalmoz. **F**iat habitatio eoz deserta. et nō
sit qui inhabitet in ea. et episcopatū eius
accipiat alter. **O**portet ergo ex hys uiris q̄
nobiscum sunt congregati in om̄i tēpore
quo intrauit et exiit int̄ nos dñs ih̄us.
incipiens a baptisate ioh̄is usq; in diē
qua assumptus ē a nobis. testem resurre
ctionis eius nobiscū fieri unū ex istis.

Et statuerūt duos. ioseph qui uocabat̄
barfabas. qui cognōiatus est iustus. et
mathiam. et orantes dixunt. **T**u dñe qui
corda nosti oīm. ostende quē elegeris ex
hys duob; unū accipere locū ministerū
huius et aplatus de quo p̄uaticatus ē iu
das. ut abiret in locū suū. **E**t dederūt sor
tes eis. **E**t cecidit sors sup mathiā. **E**t an
numeratus ē cum undecim aplis. **eūnge.**

Confiteor tibi p̄r dñe celi et tre. **cc. xxxiii.**

Hostias dñe quas noi tuo sacrandas **lect̄**
offerimus sc̄i mathie p̄sequat̄ oīo. p̄ quas
nos expiari facias et defendi. **p̄. Pr̄a apli.**
qūs omp̄ns d̄s. ut p̄ hec sc̄a que sumpsim̄
infuente beato mathia ap̄lo tuo ueni
am sequam̄ et pacem. **p̄. In sc̄i Gregorij p̄p̄e**

Deus qui aīe famli **Oīo** Sacerdotes dei
tui gregorij etne b̄itudinis p̄mia
etulisti. recede p̄picius. ut qui p̄toz n̄roz

pondere p̄minī eius apud te p̄tib; subleue-
 mur. **P.** *gr̄* Iuravit dñs **B**eatus uir qui tractus
 timet dñm in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potēs
 in tra erit semen eius genatio rectorū benedicet. **V.**
 Glia ⁊ diuicie in domo eius ⁊ iusticia eius manet
 in seculū seculi. **Iste tractus sup̄dictus ul' tractus**
Desideriū aīe ei? qui hēt sup̄ in festo sc̄i Valen-
tini dī in festo vniūsancti a hōc usq; ad fe-
riam q̄rtā; maioris ebdē nisi p̄p̄ius assign-
net. ul' nisi sit festū alicui? sancte in quo dī
tractus. Audi filia qui hēt in annūciatione
bte uginis. In festo uō plurimoz m̄m dī
tractus. Qui semināt. R̄ in festo sc̄e agathe. eūn.
Vos estis sal tre. off: Veritas mea. An lectr-
 nue nobis dñe quīs ut in cessione bti gre-
 gory hec nobis p̄sit oblatio. quā ymolando
 totius mūdi tribuisti relaxari delicta. **P.**
cō fidelis seruus. **D**eus qui btm grego-**apl'**
 rium pontificem tuū sc̄oz tuoz meritis co-
 equasti. ⁊ cede p̄p̄ius. ut qui amēora cōis
 eius festa p̄colim? uite quoq; imitem? exē-
 pla. **P.** **In sc̄i B̄ndicti abbis. Os iusti gr̄ dñe**
 p̄uenisti. **tr̄ct** **B**eatus uir dictū ḡduale ⁊ tr̄ct? n̄
 dī si hoc festū post pascha celebrat. s; dicitur
 duo alla de cōi vni? sc̄i a pasca usq; penth.
off: Inuitate tua. cō Amē dico uob q; uos. **No-**
tandū q; de festis que ueniūt post quartā

feriā maioris ebte usq; ad feriā scdā; post
octā; pasce nichil tūc fit s; post octā; celebnt.
r infine cuiuslibet introit; offende r quōis
adiūgit allā. Et hoc item seruat in oib; fest
que celebrant int pasca r penth. In annū

Uultum tuū deprecatione scē marie.
bunt omēs diuites plebis adducēt re
gi uigines post eam p̄ime eius adducēt
tibi in leticia r exultatione. allā allā. **Eructauit**
cor meū ūbū bonū dico ego opa mea regi. **Oro.**

Deus qui te bte marie uiginis utero ū
bum tuū angelo annūciante carnes
suscipere uoluisti. p̄ra supplicib; tuis. ut q̄
uere eam dei genitricē credim; eius apud
te incessionib; adiuuem. **P eundem. eplā.**

Locutus ē dñs ad achas dicens. iij. gr.
Diffusa ē grā in labijs tuis p̄pterea benedixit te
deus in etnū. **Ppt uitate r mansuetudinē r iusti**
ciam r deducet te mirabilit dextā tua dictū gr
r tractus seqns nō dī si hoc festū p̄ pasca
celebrat. s; dicūt duo allā **A**udi filia tract
r uide r inclina aures tuā quō; r cupiuit rex specē
tuam. **Vultū tuū deprecabunt omēs diuites pleb**
filie regū in honore tuo. Adducēt regi uigines
post eam p̄ime eius offerent tibi. Adducentur
in leticia r exultatione adducēt in templū regis
Allā. Aue maria grā plena dñs tecū benedicta

tu in mulieribus; **A**lla **v.** Virga yesse floruit uirgo
 deū & hoīem genuit pacē d's reddidit in se recon-
 cilians yma sūmis **eiū.** Missus ē gabriel ā-
 gelus. **iii.** **A**ue maria grā plena dñs teū **off.**
 benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ue-
 tris tu. alla **I**n mentibus nris dñe uere **secr.**
 fidei sacramenta & firma ut qui & ceptū de
 uigine deū uerū & hoīem & fitem. p eius sa-
 lutifere resurrectionis potentia; ad etna;
 meam puenire leticia. **Deū.** **E**cce uirgo **cōm**
 concipiet & p̄iet filiū & uocabit nomen ei' emanu-
 el. alla. **G**ram tuā dñe mentibus nris **ap̄ln**
 infunde. ut qui angelo nūciante xpi filij
 tu incarnationē cognouim' p passionē ei'
 & crucem ad resurrectionis eius glia; pdu-
 camur. **Pe.** **I**n s̄i **Georgij mris.** **P**rexiisti me d's
Deus qui nos b̄ti georgij mris **Orō.**
 tui mris & intercessionē letificas: & ce-
 te p̄picius. ut qui eius beneficia poscimus.
 dono tue grē & solem. **P.** **M**unā dñe **secr.**
 oblata sanctifica & intercedente b̄to georgio
 mris tuo. nos p̄hec a p̄tor' nror' maculis e-
 mūda. **P.** **S**upplices te rogam' om̄p̄e **ap̄l.**
 d's. ut quos tuus reficis sacmētis. intercedē-
 te b̄to georgio mris tuo. tibi etiā placitis
 morib; dignant' tribuas deseriure. **P.** **Offi**
ciū misse de letanijs ante uigiliā ascensiois

198

positū fiat eo tpe quo fit in tris i quib; frēs
morant. In scā Marti eūn. *P*teristi me d's *oro*

Deus qui bfm marti eūngelista; tuū
euangelice p̄dicationis grā sublima-
sti tribue quīs eius nos semp̄ r̄ eruditione
p̄ficere r̄ orōne defendi. *P. eplā* Similitudo
uultus q̄tuor aīalū eūn. Designauit dñs

Beati marti eūngeliste tui solēnitare *scr̄*
tibi munia defētes q̄s dñe ut sicut illuz
p̄dicatio euangelica fecit gloriosū ita nō ei
int̄cessio uibo r̄ ope tibi reddat acceptos. *P.*

p̄fatio de aplis ul' de r̄ne *T*ribuat *apl.*
nobis quīs dñe r̄tinuū tua scā presidūz.
quo b̄ti marti eūngeliste tui p̄tib; nos ab
om̄ib; semp̄ tueant̄ ad iūsis. *P. In scōz phi*

Exclamauerūt ad te dñe in *lipi r̄ iacobi.*
tpe afflictionis sue r̄ tu de celo exaudisti eōs
alla alla *v.* Exultate iusti in dño rec. de coll. *oro*

Deus qui nos ānuā. *eplā* Stabūt iusti *Alla*
v. Confitebūt. *Alla v.* Tanto tpe uobiscū sum r̄ n̄

cognouistis me philipe qui uidet me uidet r̄ p̄iez.

Quillo t. d. r. d. f. Non turbet *Sim iohem.*

Turbo cor ur̄m neq; formidet. Creditis in deū r̄ in
me credite. In domo p̄ns mei mansiones
multe sunt. Si quomin' dixissem uobis.
quia uato pare uobis locū. Et si abiero r̄
p̄parauero uobis locū. iterū ueniā r̄ accipi-

am uos ad meipm. et ubi sum ego et uos
 sitis. Et quo ego uato scitis. et uiam scitis.
 Dicit ei thomas. Dne nescim quo uadis.
 Et quo possum uia scire. Dicit ei ihc. Ego
 sum uia uitas et uita. Nemo uenit ad pa-
 trem nisi p me. Si cognouissetis me et pa-
 trem meum utiqz cognouissetis. Et amoto
 cognoscetis eum et uidistis eum. Dicit ei phi-
 lippus. Dne ostende nobis patrem. et sufficit
 nobis. Dicit ei ihc. Tanto tpe uobiscum
 sum. et no cognouistis me. Philippe qui
 uidet me uidet et patrem meum. Et quomodo
 tu dicis. ostende nobis patrem. No credis
 quia ego in patre et pater in me est. Verba que
 ego loquor uobis. a meipso no loquor. Pa-
 ter aut in me manens. ipse facit opa. No
 creditis quia ego in patre et pater in me est.
 Alioquin ppt ipsa opa credite. Amen amen
 dico uobis. qui credit in me opa que ego
 facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. qa
 ego ad patrem uato. Et qd cumqz petieritis pa-
 trem in nomine meo. hoc faciat. *off.* Confitebunt
psalms de aplis uel de rine **T**anto tpe *co.*
 uobiscum sum et n cognouistis me philippe qui
 uidet me uidet et patrem. alla no credis qa ego in
 patre et pater in me est alla alla **In inuentione**
Nos aut gliari oportet i cru **scē Crucis.**

ce dñi nri ihu xpi in quo e salus uita ⁊ resurrectio
nra p que saluati ⁊ liberati sum⁹ alla alla *v.* Dñs mi
serereat nri ⁊ benedicat nobis illumiet uultu suuz

Deus qui *Oro.* sup nos ⁊ misereat nostri
in preclara salutifere crucis inuen
tione passionis tue miracula suscitasti.
concede ut uitalis ligni p̄cio etne uite
suffragia ⁊ sequam. Qui *vi. Deinde p̄ sc̄is*

Presta q̄s omp̄ns d̄s. ut qui sc̄d *Oro*
rum tuoz alexandri euentū ⁊ theo
doli atq; iuuenalis natalicia colimus. a
cunctis malis iminentib; eoz incessio
nib; liberem. *P. epla* Hoc enī sentite *lxxj.*

Alla v. Dicite in gentib; quia dñs regnauit a
ligno *Alla v.* Dulce lignū dulces clauos dul
cia ferens pondera que sola fuisti digna sustine
regem celorum et dominū. *Scdm iohannē*

Nullo ē. Erat homo ex phariseis nicode
mus noīe p̄nceps iudeoz. Hic uēit ad
ihm nocte ⁊ dixit ei. Rabi sc̄m⁹ q̄a a deo
uenisti m̄gr. Nemo enī potest hec signū
facere que tu facis. nisi fuit d̄s cum eo.
R̄ndit ihus ⁊ dixit ei. Amen amen di
co tibi. nisi quis renatus fuit denuo.
nō potest uidere regnū dei. Dixit ad euz
nicodemus. Quomō potest homo nasci
cum sit senex? Nūquid potest in uentre

